



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.  
Iesv Theologi**

**Albertini, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV**

Quam Angelis chari sint qui graue aliquid patiuntur amore Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](#)

CUSTODE. CAP. VI. 65

dite linguam, cuius iniquo usu euacuatur anima, & spoliatur fauore Dei: fugantur cælestes Angeli, & accessuntur infernales diaboli, qui animam vestram abominabili impunitate contaminant.

QUAM ANGELIS CHARI

sint, qui graue aliquid patiuntur amore Dei.

In quarta classe hominum, qui peculiari custodia ab Angelis muniuntur, ijs sunt, qui patiuntur amore illius qui tantum pro ipsis passus est: de inusitato autem erga hos Angelorum fauore omnes scripturæ & historiæ loquiuntur: ideoque enumerabimus exempla aliquot, & primū de pueris Hebreis projectis per Nabuchodonosorem in fornacem ardentem; hi quippe liberati fuerunt de violentia flamarum, per Angelos, quie eo tempore in gratiam ipso- Apparatus  
tio An-  
geli in  
fornace  
Babylon-  
nica.  
Dan. 3.  
Vide Pe-  
xum sex miracula perpetrarunt. Nā rer. ibid.  
primò lucebat ignis, at minimè eos sex mi-  
combussit: secundò deuorauit mini-  
stros Regis qui fornacem succende-  
bant:

*Angeli erga pueros in for-  
nare Ba-  
bylon.* bāt: Tertiō, non lēsis puerorum vestibus, absūmō sit vincula, quib. ijdē antequam iniijcerentur ligati erant. Quarto in medio flammarum respirabant, loquebantur, & exaltabant Deum: & quod miraculosius omnes easdem sententias & verba eadem pronunciabant. Quintō, ipse Angelus humanam præ se ferēs speciem cum ipsis densissimas inter flamas gradiebatur. Et omnīū quidē opinione iā redactos in cinerē, sed superstites recreabat, sextō vice ignis excitauit ventū roris suauissimū, quo est illi amoenissimū in modū tēperaretur.

*S. Aga-  
tha  
Vi Breu.  
Rom.* Et hinc fortassis fiduciā concepit B Agatha, quando freta fortitudine Angeli custodis, Tyrannū qui ignibus illam cruciare decreuerat, irritit dicens: *si ignem adhīreas, rōrem mihi salūficū de cālo ministrabunt Angelī.* imò beneficia, quę ab Angelis in eos conferuntur, qui afflictionem aliquam propter Deū sustinent debentur illis quodammodo titulo iustitiae: hoc. n. sensu de seipso dicit Daniel in lacu Leonum constitutus,

*Misit*

CUSTODE. CAP. VII. 67

Misit Deus Angelum suum qui cor- cap. 6.  
clusit ora leonum, quia coram eo ini-  
stitia inuenta non est in me.

CAPUT. VII.

AN GELVS, ETSI NON  
deserat nos ubi delinquimus, libera-  
lior tamen est erga iustos  
quam peccatores.

**Q**UOD potissimum ad Ange-  
lorū nos amorem inflāmāre  
debet; amat etiam inimicos suos, &  
homines defendunt ubi hi ab eorum  
tutelā diffugiunt. Næ fidos amicos  
quorum amor odijs nostris nec ex-  
tinguitur, nec refrigeratur: cādidos  
defensores, q̄ salutem nostrā solli-  
citiūs q̄ nos ipsi, p̄curant, & quan-  
do nos eam in periculo constituim⁹  
per peccatū, illi interiūs illuminan-  
do, & iratum Domīnū ad clementiā  
flectendo conseruant. Sic legimus in  
Zachariā Angelum defēdisse sacer-  
dotē illū à Dōemone, qui ob perpe-  
trata scelera grauibus eum modis  
excrucia-